



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Machvmetis Saracenorum principis, eiusque Svccessorvm
Vitae, Doctrina, Ac Ipse Alcoran**

Bibliander, Theodor

[Basileae], März 1550

VD16 VD16 K 2586

Ordo ac disciplina Turcicæ militiæ, eodem Paulo Iouio autore.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97854](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97854)

culpā cōdonasset propriā tantū sororis intuitu, quē olim quidem Bostangi, cui caput Selinus amputauit, nupserat, tūc uerō ipsius Mustaphę uxor erat. Quod uerō ad imperij Turcici solidos puētus attinet, Imperator ipse, cōnu- *Turcici Imperij prouentus.*
meratis cū prioribus suis etiā Sultanici regni redditibus, sexagies cētena mil-
lia aureorū singulis annis habet. Ex quib. quinquies & quadragies centena
millia expēdit. nihilominus q̄tēs ei bellī tēpore populos cēdere libet, ex qua
uis uel minima summa census extraordinariē imposita, pecunias innumera-
biles corradit, aded ut q̄d ad arariū pertinet, ex bellis potius lucretur, quā
in damno sit. Pręterea plus gemmarum ac thesaurorum solus possidet, quā
10 ceteri omnes orbis principes simul possideant. Ad hęc tantam arearum ma-
chinarū, ac rerū ad illas attinentium copiam, tātumq; papilionum, armorū,
nauium, ac triremium apparatus habet, ut quilibet qui pauperiem nostrā a-
liquousq; norit, facile iudicet, eum pluribus simul principibus uno & eodem
tempore bellum inferre posse. Et sanē quemadmodum tua maiestas plurib.
regnis præest, quā aliquis unquā occidentalis præfuerit Imperator, ita So-
limanus potentia imperijq; amplitudine reges exteros omnes, de quibus hi-
storiā meminērint, sine cōtrouersia superat. Quo fit ut multi existiment, uel
le iam Deum orbem uniuersum in ueterem monarchiā redigere, ut maiesta-
tem tuā unica uictoria tam re quā nomine Cęsarem Augustum cōstituat.

2º ORDO AC DISCIPLINA TVRCICAE

MILITIAE, EODEM PAVLO IOVIO AVTORE.



IS OMNIS Turcicę militiæ in Portę militibus, quos uocāt, *Portę milites.*
lita est. Li uerō homines selestissimi sunt, partim peditū, partim
equitū ordinib. ascripti. Spachi Oglani (sic em̄ eorū ali-
quos. Turcę appellāt) digniorē obtinēt locū. Nā ij ipsi in eo, *Spachi oglani quibusdam uno tantum nomine Spahiglani uocantur.*
cui Clausurę nomē est, loco educati, ac literarū atq; armorū
disciplinis instituti, ueluti principis filij habent. Legatorū et
cōmissariorū, præsertim si honorificū aliq̄d atq; utile negotiū peragendū sit,
30 muneribus funguntur, ac Santacathibus atq; alijs huiusmodi dignitatib. præ-
ficiuntur. His præterea Clausurę iā dictę mulieres, necnō filię ac sorores ipsi
us Principis nubunt. Summa hæc est: li ceteris omnib. nobiliores, ac Princi-
pi gratiores sunt. Excellentiores equos, equorumq; ornamenta pulchriora,
uestes preciosioribus suffultas pellibus, seruos robustiores elegātiusq; indu-
ros, quā quodlibet aliud hominū genus inter Turcas habent. Ut autem tā
egregiē ornati incedāt, Persicę atq; Alcairiēses efficiūt prædæ. Nā antea sub
Mahomete, nec preciosis pellibus, nec gēmis, nec pannis auro intertextis,
nec multis holosericis uestibus utebantur. Sunt uerō ij numero mille, quo-
rū unum quęq; tres aut quatuor, aut ad summū decē serui comitātur: qui qui-
40 dē serui capita quibusdā, ut ipsi uocāt, sarcolis limbo aureo cristaq; pulcherri-
ma exornatis obtegūt. Ipsi autem Spachi Turbantos (utendū est enī eorū
uocabulis) in capite gestāt, uestesq; aureas uaria textura pictas atq; holoseri-
cas, uel Tyrio, uel alio colore infectas induunt. Quū uerō extra urbē equitā-
dum est, ij Principis dextrū latus claudunt. Porro sinistrū, mille itē equites,
quos Sulastros uocant, etiūdem cum Spachis educationis ac nobilitatis, ijf-
dem uestibus atq; armis utentes, occupant. Et ijs quidē bis mille equitibus
honorē exhibent omnes, quemadmodū (quod exempli causa dictū sit) du-
centis nobilibus illis quos Gallorū rex apud se habet, exhiberi solitū est. Ho-
rum quamplurimi armis oculis omniū expositis induūtur, paruisq; phaleris
Damasceno artificio elaboratis, Perfarū more proprios equos ornant. Has
duas equitū alas mille adhuc aliq; equites Vlufagi dicti subsequunt. Li uerō cō- *Vlufagi.*
m m z flati

flati sunt partim ex Ianizaris, qui ob aliquod egregiū facinus ex pedestri ad equestrē cuncti sunt ordinē: partim ex seruis, qui Bassis ac Bellerbejs fidele ac fortē operā in bellis nauarūt, quos princeps defunctis eorū dominis, relatione multorū pbatos assumpsit. atq; huiusmodi tres militū classes ē Christianis, qui tamen abrenunciarūt iā CHRISTO, cōstant. Post has Caripici (ita enim à Turcis appellantur) millenariū & ipsi numerū ex plentes, equitant. Ii uerò leuis armaturę sunt equites, eq̄rū egregij dormitores, ac pugnādi arcu, lācea, scuto atq; ense, quē cimitarrā uocāt, eousq; periti ut res supra uires humanas efficere Mamaluchorū more uideātur. Omnes autē ij Mahometani sūt ex uarijs puincijs, nimirū ex Persia, Turcomania, Syria, Africa, Alarbia, Scythia, atq; etiā ex India usq; in unū collecti. Stipendiū satis amplū habent: idq; priuilegiū à principe ijs cōcedit, ut quādū ipse Cōstantinopolī morat, ubi libet hybernare atq; estiuare ualeāt. Tertiā quaq; hebdomada die lunę ad Portā (sic ipsi nomināt) mittunt, qui stipendiū ipsis debitū accipiāt, quod quidē illis illico exhibetur. Sic Turcicus Imperator quatuor milliū equitū electissimorū caterua stipatus incedit, ipsoꝝ equitū seruis minimē in hūc numerum uocatis. Nā & ij quā plurimi sunt, & uestibus, armis, equisq; tam ornati, q̄ proprij domini, principē comitātur. Sed loca deputata seorsim habent, neq; ordinib. iam dictis immiscentur. Ad hęc Ianizarorū circiter duodecim milia, fortissimorū sanē peditū custodia, princeps perpetuō munitur, qui quidē & ipsi ex eorum numero sunt qui CHRISTVM abnegarunt. Eliguntur autē ij, quū paruuli adhuc sunt, ex bellicosissimis Christianorū nationib. atq; educantur, pars quidē in principis Clausura, pars uerò apud Natolię Turcas: quoniam pueri omnes, siue ex tributo, siue ex bellicis excursionibus accepti, per Turcarū domos distribuuntur, atq; ipsoꝝ nomina in schedis quibusdā annotantur, ut numerus tam eorum qui emergunt, quā qui pereūt, inueniri facile possit. Et unusquisq; quidem puer aliquā mechanicā artē militiæ uti lem discit, ac simul se exercet, ut tractandorū armorum, & quibus eminus, & quibus cōminus pugnatur, peritus euadat. Qui uerò ex ijs ad militiam seliguntur, caput operiunt pileis quibusdā ex panno albo, sed admodū rudi, in caligē similitudinē cōfectis, atq; eos glutino usq; adeo durāt, ut ictū cuiusuis gladij sustinere possint. Et qua parte huiusmodi pilei super eminent frōti, aureo limbulo precij nō parui ornantur: cui in quā limbulo uaginula iudē aurea inest, quę cristas impositas ueluti conus excipit, eosq; sic ornatos, Exarcolas uocant. Ensem, quē superius citarrā appellari diximus, & pugionē biclachū dictum, ac securiculā à cingulo post terga pendentem cōtinuē ferunt. Utuntur præterea nominatis antea scopietis, & ijs quidem oblongis, atq; eos agillimē pertractāt. Nōnulli ex ipsis dimidiatas lanceas, atq; alia huiusmodi plura bellica instrumenta portāt. Et ante Selimū quidē plures eius ordinis erāt, nunc autē nō admodū multi sunt. Sagula quædā passim ac circū quaq; dē sissimis filis cōsuta, armorū loco induūt. Faciem habent miris modis effictā: etenim barbā integrā nō alunt, sed eā tantū quæ à superiore labio dependet, partē plixē demittunt. Maior istorū pars ex Vngaris, Sclauonibus atq; Albanensib. conflat, reliqua ex Grecis, Germanis, Polonis, Seruianis, atq; ex Occidentalib. hominib. cōstat. Cæterū ex integro omniū Ianizarorū ordine circiter sex millia, q̄ seniores sint, seligunt, ut nō à Bellerbejs, sed ab ipso Principe immediate pendeāt. Præterea circa decē millia iuuenū, tyrociniū Ianizaricū exercentiū uarijs in locis alūt, atq; ex ijs Ianizarorum duob. generib. in demortuorū loca supplēt. Porro stipendiū nō omnib. equale est, sed unicuiq; p̄ meritis auget, neq; cōmendatione aut fauore ad hęc opus est: quia qui egregiū aliq̄ d̄ facinus aggreditur, plurimorū oculis expositus, aut p̄perā, si uicerit: aut aduersā, si succubuerit, forrunā experitur, id q̄d in causa est ut in uiros

Caripici.

Porta.

Exarcola.
Citarrā.
Biclachus.Ianizarorum
uirtus bellica
unde.

ut in viros fortissimos evadant, quemadmodū in varijs cōflictib. cognoscere potuimus. Etenim post Amurathis tēpora, qui primus lanizarorū ordines instituit, nunq̄ eos acie integra pugnātes, fuisse fugatos inuenimus. Deniq̄ lanizari praepositū unū habet, quocum sub uno & eodē papilionē uersantes officia inter se distribuunt. Nā nōnulli coquinā, alij uerō tendendi ac colligēdi papilionis curā habent. Sunt etiā qui ipsius papiliois custodiē praeint, sicq̄ summa in cōcordia quietissimē uiuunt. Deinde cēteni quiq̄ ac milleni suis praefectis parent, quousq̄ tadē ad ducē unū omniū supremū ac supremę autoritatis deueniatur, quē ipsi Agā appellant. Insuper ex omnib. lanizaris ducenti, ceteris et corpore p̄ceriores, & sagittādi arte peritiores eligunt, qui tenfis arcubus ac sagittis neruo aptatis equitantē Principē circūdāt, Solachi ij nominant. Sagulis aliquanto quā reliqui lanizari breuiorib. utuntur. Pileos albos in formā pyramidalē oblongos in capite gestāt, quorū summitatib. cristulas aliquas plerunq̄ affigūt. Neq̄ aliud omnino hic lanizarorū ordo est quā Macedonia phalāx, qua totū Orientē Alexāder Magnus debellauit. Videnturq̄ iā Turcæ, quem admodū imperij Macedonici occupatores sunt, ita & militaris disciplinæ ab antiquis Macedonia regibus institutę imitatores esse: quanquā in quibusdā à Macedonib. differāt. Macedones enim longis lanceis, lorica, galea, & parma ferrea utebant, quæ quidē parma ab hūmeris pēdebat, ut quoties ense cōminus pugnandū erat, ipsam arripere facile ualerēt. His igit̄ equitū ac peditū generib. Principis Porta cōcluditur, qua (ut superius dictū est) semifugatis sapius inter pugnandū exercitib. opē ferēs nobilissimis potū uictorijs. Omnes aut̄ alij equitū ordines sub Bellerbeijs sunt. Bellerbeius uerō idiomate Turcico Principē principū sonat: suntq̄ ij numero duo, totius equitatus praeicipui duces. Imperant Saniacis, qui quidē puinciarū praefecti sunt, ob eximiā aliquam uirtutē ad id muneris assumpti. Alter aut̄ ipsorū Bellerbeiorū in Natolia morat̄, atq̄ urbē Galatiæ Cutheidā dictā inhabitat. Alter uerō in Romania uersat̄, ac Sophiā Seruiæ ciuitatē incolit. Porro uterq̄ plurimos sub se Saniacatus cōtinet, q̄ Saniacatus licet sub Baiazete nō nisi duodequingenta essent, nihilominus aucto postea per Selimū ac Solimanū imperio, etiā ipsorū numerus auctus est. Sub Saniacis Subasij ac Timoriates sunt, qui pro numero uillarū & locorū, quos possidēt, equites alere, ac singulis pro stipēdio tria millia asporū (quæ summa Turcicæ monete, sexaginta ducatos efficit) annuatim exhibere tenētur. Si quis aut̄ ex ipsis equitib. arma atq̄ equū ei traditū nō rectē curat, statim ex equitū numero expungit̄. Ceterū Bellerbeij quoties Princeps iubet, sexaginta milia equitū et eo amplius paucissimis diebus congregant. Et Natoliæ quidē equites pulcherrima scuta, lanceas, arcus, secures, ac cimitarras ferunt. Romania uerō lanceis & scutis more Albanēsiū, sed paucissimis arcubus utunt̄. atq̄ ij sanē Natoliæ equitib. robustiores sunt, licet illi meliores & ornatiores equos habeāt. Omnes aut̄ eodē modo turbātis siue caputijs (ut ita eos uocem) acuminatis ex pellib. uel ex qualibet alia materia, ut unicuiq̄ magis arridet, cōfectis, capita tegūt. Sunt praeterea quidā alij ex Turcica natione, quib. olim ab Ottomanij Principib. agrī varijs uictorijs acquisiti, p̄ singulorū meritis sic distributi sunt, ut unusquisq̄ pro singulo terræ iugero, qd̄ accepit, equitē unū aut duos pedites, q̄tēs maiora instāt bella, exhibere principi teneat. Atq̄ ij uocātur Mosellini, ex quib. nōnunq̄ plus quā sex milia equitū, ac peditū magnus numerus in unū coit. Sed neq̄ rei bellicæ peritiā, neq̄ uirib. admodū ualent. Habēt ij quosdā ueluti censes à Principe cōstitutos, qui puincias omnes Turcicas circumeūtes, huiusmodi agrorū possessores agnoscant, ac seuerē iudicent. Ceteri omnes Turcici exercitus equites fortunæ equites sunt, absq̄ certo stipēdio militātes, appellanturq̄ Alcanzi. Et quidem natu-

Aga.

Solachi.

Macedonum
armatura.Bellerbeius.
Saniaci.

Cutheid.

Mosellini.

Alcanzi à non
nullis Aconia
ziæ fatales dia
cuntur.

ra ipsa maximi & crudelissimi latrones sunt, p̄anos incedūt, ac pileis pelliceis capita obtegūt. Militiā nō nisi spe p̄dæ exercent. Quū aliquo eundū est, itinere unius diei aut duorū reliquū exercitū p̄cedūt, igni ferroq; omnia devastantes. Nōnunquā numerū triginta milliū excedunt, quib. omnib. Dux unus militari prudētia p̄ditus p̄ficitur. Enimvero ex hoc ordine extiterit qui anno superiore Solimano Viennā oppugnante, trans urbē progressi, regiōnē Lincio adiacentē, memorabili clade affecerunt, miserisq; senibus crudeliter interfectis, ac locis igne cōsumptis, quā plurimos captiuos abduxerūt. Inter hos Alcanzos plurimi Martelossi, Valachi, & Tartari, inhumaniissimi alioqui homines, militāt. Est adhuc aliud genus militū, qui Afapi uocantur. Sed ij pedites sunt, quos prouinciā ac Turcicā ciuitates iubēte Principe ad bellū mittunt, ac singulis tres aureos coronatos in singulorū mensū stipēdiū exhibēt. Suntq; ferē omnes sagittarij. Verū genus hoc ignauū atq; inerme est, ac bellis parū aptū. Vnde etiā ipse Princeps, quoties nauale bellū parat, ijs remigū loco utitur. In terrestri autē bello, ipsos earū operarū uice habet, quib. (ut superius diximus) nostri exercitus in excauādis uel implendis fossis, atq; alijs huiuscemodi ad bellū necessarijs exequēdis utitur, quemadmodū eos Rhodi ac Viennā habitos esse satis cōstat: adeoq; Imperator isto rū salutē parū curat, ut sepe fossas oppidorū, quę oppugnat, ipsorū corporib. impleat, quo facilius aditum ad loca expugnanda lanizaris paret. Ducem nihilominus bellandī peritiā insignē semper habent. Ceterū Visiri Bassę Imperatori a cōsilijs sunt: cū ijs enim de negotijs omnib. tā ad pacē quam ad bellū pertinentib. agit. Sunt autē numero tres, aut ad summū quatuor. Nūc ut res habēt, tres tantū esse dicunt, nimirū Hebraimus Ajax & Cassimus, ex eorū et ipsi ordine, quib. CHRISTVS abituratus est. li uerō ut summā auctoritatem, sic infinitas diuitias habēt. Sed huiusmodi eorū potentia inuidiā oppugnatione nō carens, multis periculis exposita est. Nā pro principis libito sæpe etiā strangulant: sic enim Acomathes Ghēdich Baiazetis, sic Mustapha & Ianus Selimi, sic Faracates huius Solimani iussu periere. Aliquādo dignitatib. priuant, ut Pyrrho ante hosce nō ita multos annos euenit: qui nūc senio confectus, in uilla quadam principe concedente priuatā uitā uiuit. Verū quod ad bella attinet, expeditiones Bellerbeijs cōmittuntur, qui sæpe numero uno et & eodē tēpore etiā Visiri, id est consiliarij sunt. Sicuti Hebraimus Vngarico bello cōtra Ludouicū regem & Bellerbeius & Visirus erat: idē erat & Sinamus eunuchus, qui sub Selimo in cōfliktu Mattarex habito interfectus occubuit. Porro in principis aula uariarū linguarū usus est, quarū tamen omnium cognitionē, omnes ferē saltē aliquosq; habent, quemadmodū etiā in tuæ maiestatis aula Gallicē, Hispanicē, Germanicē, atq; Italicē loquunt. Enim uero lingua Turcica, qua Imperator ipse utitur, primū sibi uendicat locū: Arabica secūdū, qua Turcarū lex (Alcoranū uocant) conscripta est, & in uniuersum Turcā literis seu characteribus Arabicis in scribēdo utitur. Tertiū locū Sclauonica lingua occupat: qua, quia latissimē patet, lanizari loquunt. Græca quartū locū habet: ea uerō Cōstantinopolitani ac totius Græciæ urbū ciues utuntur. Verū enim uero Turcā disciplinā militārē tanta & iustitia & serueritate exercēt, ut ueteres Græcos ac Romanos facili superēt. Nulla unquā inter eos pugna exauditur, p̄pterea qd uel minimū etiā delictū capite uindice. Tribus uerō de causis Turcæ, q̄ milites nostri, meliores sunt. prima est, quia promptē obediūt imperātib. qd inter nostros rarō fit. Secunda, quia nullū q̄uis manifestū uitę discrimē in pugna subterfugiunt, temeraria quadā opinōe sibi persuadētes, unicuiq; quomodo & q̄do mori debeat, esse cōstitutū. Tertia, quia absq; pane & absq; uino diu uiuere possūt, oryza & aqua cōtenti, Sæpenumero etiā equo animo carent carnib, Quod si cōtingat eos oryzam

Afapi.

Visiri.
Bassę

Variarum linguarum usus in aula Turcica. Alcoranum.

Disciplinæ militaris obseruatio.

eos oryzam quoque minimè habere, salitis carnibus minutatim cōtritīs, ac uelut
 in puluerem redactis utuntur. Nā eiusmodi pulueres in quibusdā sacculis se
 cū ferunt, cumque opus est, immixta calida aqua, dissolutos ebibunt, atque inde
 nutriuntur. Præterea soliti sunt, præsertim quū nimia fame laboratur, equos
 phlebotomare atque illorū sanguine uitā propriā alere. Quinetiā equinis car
 nib. nō in uiti uescūtur. Denique multo cōmodius omnē inopiā ferunt, quā
 nostri milites, qui nūc etiā in castris plura ferula expetūt. Vnde tuā maiesta
 ti nihil difficilius in pertractādo hoc bello se offeret, quā ut ratio cōducen
 dorū commeatūū constet, præcipuè panis ac uini: quas tamē duas res Roma
 ni ueteres nō admodū curabāt, contenti aqua & frumento cōtuso, atque in le
 betibus cocto, quod illis ordinario iure exhibebatur. Quod si pane uel cōdū
 erat, quasdā cōficiēbāt placētas, quas uel sub cinerib. uel sub testis quibusdā
 ferreis in hoc super currus post legiones conductis, coquebāt. Etenim illud
 nobis persuadeamus oportet, si obuiā hosti eundū erit, Turcas in itinere nō
 permitturos ut aliquid cōmeatus in nostra castra deferat. Nā equorū multi
 tudine maxima occupāt spaciā, atque iter ad castra circumquaque impediūt. Ne
 que huic difficultati ulla alia ratione occurrī potest, nisi ut unusquisque miles,
 quæ ad sustēandā uitam necessaria sunt, secum ferat: ut puta sacculos farinae
 plenos, aut panes recoctos, aut alimenta alia huiusmodi. Ad hæc illud obser
 uandū, ut legiones in acie dispositæ ac leuiorib. machinis æreis circumdatae,
 semper incedāt, neque impedimētis plurib. onerentur. Enim uero si Dominus
 noster IESVS CHRISTVS id gratiæ tuæ maiestati cōcesserit, ut Christianos
 milites lanizaris opponat, proculdubio certissimā adipiscetur uictoriā. Et
 fortissimæ quidē Germanorū peditū legiones primū educēdæ erūt, ut susti
 nere, ac demū etiā reijcere Turcicos equites possint, quousque tandē ad pedi
 tes penetrare liceat. Turcicus autē peditatus, quāuis fortissimus sit, nunquā ta
 mē Germanis lancearijs, præsertim Boemis, Hispanis atque Italis scopietarijs
 (ut uocāt) adiutis par erit. Quod si lanizari in fugā uerterent, iā æreis machi
 nis, impedimentis atque adeo castrorū hostiliū omni apparatu potiri fas es
 set. Neque admodū referret, etiā si omnes equites in columes euaderēt, quan
 do experientia ipsa iam cōstat lanizaros Turcicarū uirū ueros esse. In huius
 modi autē euentu, etiam Christiani equites, licet pauci, cōmodè satis in hostem
 ferri possent, sic tamē ut à nostro peditatu nō longius abiret, ne ab hostib. cir
 cumcludi cōtingeret. Nā quū tā leuis armaturæ, quā cataphracti equites
 optimè armati sint, securè hostes insequi, ac se subinde ad peditatū recipere
 ualere. Neque id inutile fuerit, si extremi peditū ordines clypeis ac parmīs
 utantur, quo antequā cominus in pugnā descendant, sagittas excipere ab
 que nocumēto possint: tāta em̄ sagittarū ueluti grādo erit, ut quā plurimi uel
 armorū, uel aliarū rerū tegumenta desideraturi sint. Nec sanè olim M. Anto
 nius sagittarijs Parthis aliter, quā militū capita clypeis tegēdo, restitit. Quin &
 posteriores Romani cōtra Gothos & Hunnos, qui omnes ferè sagittarij erāt,
 testudinē clypeis itidē cōficiētes, quæ citissimè poterāt, in hostē concurrebāt,
 quia cōmnus pugnātes facilius multo uictoriā cōsequebant. Summa est, ut
 Deū optimū maximū enixè precemur, ne bellū posteaquā inceptū fuerit, p
 trahatur, sed facultas illico cōsiliendi nobis detur. Etenim Turcæ si bellū pro
 trahendū foret, ob equorū multitudinē ac patientiā militū, innumerasque pe
 cuniarū myriadas, faciliè tandē superiores euadere possent. Sed si statim con
 fligatur, uerisimile est, peditatū nostrū nobis uictoriā pariturū. Et quāsi si hu
 iusmodi cōsiliū decernēdū esset, alea totius orbis imperij iacere, necessariū
 iudicauerim, ut maximus rerū omnium militariū apparatus fieret, quæadmodū
 ab his quibus sibi timēt fieri cōsueuit: cōtēptis nonnullorū uanis atque inutilib. uerbis,
 qui Turcas antequā periculū faciāt, nihili faciūt: quæ, ubi bellū inceptū fuerit,

Militū nostro
rum intempe
rantia.

Expeditionem
contra Turcam
suscepturis que
obseruanda.

Pugna protra
ctio.

adeò nobis omnia bene disposita sint, ut nò tantū uirtute, armis ordine, machinis æreis, atq; alijs huius generis rebus, Turcis nò cedamus, sed ne numero quidē militū multo illis inferiores simus. Cæterū nonnulli sunt qui existiment Turcā, si ipse aut Austriā, aut Italiā inuaderet, in fugam uerti facilius posse, quàm si Christiani in Turcicas prouincias profecti, eo loci ipsum adorirentur, ubi post longorum itinerū labores, etiā cōmeatus inopiā sustinere fortassis cogerent. Et hæc quidē opinio forsan nò aberraret à scopo, si Principes Christiani adeò unanimes essent, ut ad primū ipsius Turcæ aduentus rumorē, ualidas ad resistendū uires in unū colligerent. Sed sperare uix possumus hoc futurū. Nā nullus unq; sibi persuadebit Turcā aduentare, quousq; tādē adeò propinquus extiterit, ut omnis ad re sistēdū apparatus, serus ac frustraneus futurus sit: quēadmodū in Rhodia, Belgradēsi, ac Budensi expeditionib. cōtigīt. Qua de causa qui rei bellicę peritiores sunt, arbitrantur, certius ac securius in inferendo hostib. quàm in excipiēdo ab eisdem bello uictoriā consistere posse. Bellū enim qd nobis inferat ab alijs, ut periculosissimum est, ita Deus summopere orādus ne huiusmodi nos, inuoluat. Porro q̄ tempore de suscipienda in Turcas expeditione, plurimus sub Leone Papa x sermo erat, Ducum quorū dā primū nominis iudiciū fuit, ut ea nò nisi ualida ac triplex susciperetur: nimirū in hunc modum, ut Maximilianus Cæsar, Germaniæ, Vngariæ, Boemiæ, ac Poloniæ uiribus comitatus, Seruiā uersus secundū Danubiū iret. Franciscus uerò Francorum Rex, ingenti exercitū ex quacuncq; ad bellū disposita natione cōscripto, ex Apulia in Epirum trañceret, ac fauore populorū illorum, qui Turcis alioqui infensissimi sunt, adiutus progredieretur quò bona fortuna iter ostendisset. Rex autem Angliæ, Lusitanis, ac totius Hispaniæ uiribus, nec nò Venetorū triremibus adiutus, Hellespontū uersus nauigaret, castellisq; quos dardanellos uocant, expugnatis, rectā Constantinopolim peteret. Futurum enim arbitrabantur, si res Turcica, uel in uno tantum istorum trium laterum debilitaretur, ut Christiani postea uictoriā integrā adipisci facile ualerent. Sed quemadmodū summæ difficultatis erat, Christianorū uires omnes, ac peculiariter ipsos etiā potentiores Principes in unum colligere: sic Dei uoluntate est actum, ut omnia tunc in nihilum redigerentur, quo huiusmodi Turcarum debellandorū occasio tranquillioribus temporib. adeoq; tuæ maiestati iam aduulse seruata, eam ad summum fastigium ueræ gloriæ, ut suis innumeris uirtutibus mereret, extolleret.

FINIS.

IOANNIS LODOVICI VIVIS DE CON-
DITONE VITAE CHRISTIANORVM
sub Turca.



EST inter Christianos homines odiorū atq; inimicitiarū tāta acerbitas, & tā cæca rabies, ut ea multi mortales perciti atq; acti præcipites, nihil dubitēt in se ac alios pessimē cōsulere, & in eas uoragines se ac suos omneis, uel uotis ac desiderijs, uel etiam quatenus possint re ac opera conijcere, unde nunquā deinceps emergant. Optant alijs non unius aut alterius hominis cadem atq; interitum, nec inimicitias inimicis concludunt, sed populorū, ciuitatum, nationum gentium cladē læti ac libentes spectarent. Alij nouationib. rerū student, & cuperent non solum principem mutatū, sed Turcam, aut impium aliquē regem, & à nostra pietate nò tantū uita et actionib. ed nomine quoq; ac p̄fessione abhorrentē. Ad quā tā impiā ac nefariā animi libidinē uarij uarijs de causis rapiunt, Sūt qui hoc cupiāt, qd sub Christiano

Victoria in inferendo quam excipiēdo bello certior.

Belli Turcis in ferendi optima ratio.

Dardanelli.